

Quinto, alii melius per abyssos accipiunt aquas, ut sunt super firmamentum, de quibus dixi Genes. 1, 2 et 6. Agit enim hic de caelis et abyssis caelestibus, postea acturus de mari et abyssis terrenis, initio enim mundi, ut ostendi Genes. cap. 1, 4 et seqq., Deus creavit tantum caelum empyreum sursum, et terram deorsum, ac totum spatium intermedium replevit abysso, id est immensa vi aquarum, ex quibus deinde caelos, aërem et cætera omnia efformavit. Quare primo die mundi superne vallavit abyssum hanc gyro coeli empyrei, ut illud non excederet, imo nec ingrederetur; inferius vero vallavit eandem circulo terræ, ut ultra illum sese non extenderet. Rursum quando eus ex hac abysso formavit firmamentum divinum aquas superas ab inferis, abyssum hanc sursum, puta aquas, quæ sunt supra caelos siderum, superne vallavit eodem gyro coeli empyrei; inferne vero vallavit eas gyro primi coeli sideri sive primi mobilis, ut nec superne, nec inferne bosce gyri sui limites transgredi possent. Quocirca noster Salazar censet hasce aquas inter caelum empyreum et caelos siderum, præter alias rationes hæc etiam de causa ibidem positas esse, ne primum mobile suo motu secum raperet caelum empyreum. Hoc enim, utpote Dei et Beatorum sedem, voluit Deus esse immobile: quare Deus noluit illi caelos sideros, qui moventur, esse contiguos, ne illi empyreum secum raperent, ideoque medias interjecit aquas, quæ vim impetumque primi mobilis eludant et hebetent, ne ad caelum empyreum perveniat. Hoc videntur voluisse Septuaginta dum vertunt, cum seceraret sedem suam: Aquila et Symmachus, terram suam (ad duntaxat Septuaginta, super ventos. Sed hoc ad sequentia pertinet), q. d. Cum Deus caelum empyreum velut sedem gloriæ suæ altiore faceret aquis supercaelestibus, illamque ab eis seceraret et elevaret, tum ut esset thronus Dei et Beatorum, tum ut aquas supercaelestes suo circulo definiret, circumscriberet et quasi circino exornaret; ego sapientia aderam Deo, omnia dirigens et moderans (1).

Hucusque aternitatem suam ostendit sapientia, dicens se ante montes et fontes ab æterno conditam et possessam a Deo; nunc ostendit quid in tempore per eam operatus sit Deus, nimirum caelos et abyssos caelestes per se produxisse, limitasse et quasi circulo eleganti circumscripsisse. Unde auctor *Catene Græc.* sic explicat: « Quando præparabat, hoc est caelum stellis ornatam, una aderam; non dicit *αυξησαν*, sed *αυπηγαμένην*, nempe quo per hoc indicit in gloriæ et maiestatis solio se Patri assidere, ejusdemque virtutis, honoris et potestatis cum illo esse: quando *ἀυξησαν* seorsum-

(1) Sexto, Maurer, quoniam describeret orbem in superficie oceanus, id est, orbis terrarum oceano circumdati marginem rotundum, in quo iuncti putabatur hemisphaerium coeli: conf. Job xxvi, 10. De termino mari constitutum vers. 29 sermo est.

que ab aliis sedem suam ponebat, aderam, operamque conferebam; egebat namque lato illa ad summa rerum fastigia, potestate virtuteque deo digna. » Hebraice enim *הָיָה* *hachin* significat præparare, parare, ornare, solidare et stabilire. Unde Aben-Ezra vertit, quando firmabat caelos; R. Levi, quando disponebat caelos ad illum numerum, constitutionem, latitudinem, magnitudinem quæ constant, item sidera in eis *אֲשֵׁרָא*, tunc aderat sapientia hæc omnia disponens et ordinans.

Mystice, B. Virgo aderat Deo caelos et aquas caelestes formanti, quia quidquid in eis pulchre condebat Deus, id totum vel litteraliter, vel spiritualiter pulchrius destinabat indere B. Virgini, quia ipsa futura erat caelum animatum, in quo plenitudo divinitatis inhabitatura erat corporaliter. Unde Damascenus, orat. 1 *De Nativitate Virginis*: « Hodie, inquit, ex terrena natura caelum in terra condidit ille, qui olim firmamentum ex aquis fixerat, atque in altum extulerat. At sane illo longe divinius est: nam qui in illo solem effecerat, in hoc iustitiam sol ortus est. » Porro non unum duntaxat, sed quintuplex caelum fuit B. Virgo, inquit S. Bonaventura, serm. 1 *De Laudibus Virginis*, tom. III: « Domina nostra, ait, fuit caelum aëreum per puritatem omnimodam; caelum igneum per ardentissimam charitatem; caelum siderum per patientiam firmitatem; caelum aëreum per frigidissimam castitatem; caelum empyreum per totius sapientiam claritatem. » Jam abyssum aquarum spiritualium Virginis accipit ex S. Bernardo, serm. *De B. Maria*: « Dominus altissimus eam quasi mundum specialissimum creavit, quam in iustitia et sanctitate coram ipso fundaret, et fluentis sapientie irrigaret, et caelestibus desideris instar aeris sublimaret, et igne dilectionis accendendo illustraret. Hinc in ejus mente tanquam in quodam firmamento solem posuit rationis, et lunam scientiæ, et virtutes tanquam stellas speciei omnimodæ, » etc.

In Revelationibus S. Brigitte in *Serm. Angel.* cap. v: « Mundo, ait, creato adhuc unus minor mundus, Virgo Maria, coram Deo, cum omni venustate nondum creatus astat, a quo major gloria Deo et Angelis, major lætitia, atque omni homini ejus bonitate frui volenti major utilitas, quam de hoc majori mundo provenire debebat. » Et infra sermonem ad Virginem dirigit: « Florigeris, ait, ac fructiferis arboribus comparari possent opera tua, nam charitate ac factura eras, quod plus omnium florum pulchritudine et fructuum suavitate, Deum atque Angelos delectare debebat. » Aditque: « Scimus Deum in te aule suam creationem plures virtutes prævidisse, quam in omnibus herbarum, florum, arborum, fructuum, lapidum, gemmarum seu metallorum generibus, quæ inventiri possent in otios orbis amplitudine: unde mirum non est, si Deus in te, o minor mundo; qui adhuc creandus eras, magis delectabatur, quam de hoc majori mundo. »

28. QUANDO ÆTHERA FIRMABAT SURSUM, ET LIBRABAT FONTES AQUARUM. — Pro æthera Hebraice est *שָׁמַיִם* *seachaim*, id est coeli, æther, aer levissimus. Radix enim *שָׁח* *seachac* significat contundere, molere, levificare. Unde *שָׁח* *seachac* vocatur pulvis contusus et minutissimus, momentum, caelum, æther, quia leves et subtiles sunt: licet cabalisticè ita caelos dictos putent, eo quod iustis molant mamma, uti *שָׁח* Hebraeis in deserto. Unde Syrus et Chaldaeus vertit, *nubes*: Quando, inquit, roborabat Chaldaeus, *condensabat* nubes; Septuaginta, *ventos et nubes*: Cum validas, inquit, faceret super ventos nubes; Aquila vertit, *momenta*; S. Athanasius in *Synopsi*, cap. xiv, legit, *quando segregabat thronum suum super ventos*; Vatablus, *caelos*: « Quando firmabat, inquit, caelos desuper. » Cajetanus accipit caelum empyreum; R. Levi, firmamentum quod Deus ex aquis fluidis formavit, densavit et firmavit. Verum de caelis jam egit sapientia, quare noster cum Symmacho, Pagnino et Tigurina optime vertit, *æther*. Descendit enim Salomon a caelis et abysso ad æthera, et inde ad aquas, ab aquis ad terram, quæ ima est. Per *ætherem* accipit aërem, et cum Lyrano ignis elementum, si quod est super aërem. Adde etiam si vis cætes planetarum, præsertim Lunæ, Martis et Veneris, qui soli subjacent, quos multi censent esse similes aëri purissimo, ideoque vocari *ætherem*. Igitur Deus ætherem firmavit, aqua aërem (et cætera jam dicta) licet fluidum et scabillum ita stabilivit, ut semper perduret, ac nubes aqua gravidas sustineat et suspendat, atque validos ventos in terram emittat.

Pro *librabat* Hebraice est *מָאָז* *iaazoz*, id est fortificabat. Unde Chaldaeus et Syrus, cum roboraret fontes abissi; Septuaginta, cum confirmatos (Tertullianus, firmos) ponebat fontes ejus, quæ sub coelo; Tigurina, cum æthera superne rigeret, fontesque abissi firmaret; Aquila et Theodotion, in statuendo gyrum super faciem abissi.

Per fontes Jansenius accipit nubes, quæ instar fontium aquam, pluviam ex æthere effundunt. Hos enim ita librat Deus, ut in aëre suspensi hædeant, juxta illud Job xxvi, 8: « Qui ligat aquas in nubibus. » Unde S. Athanasius in *Synopsi* xiv, legit: « Quando firmabat ea quæ super nubes sunt, eam cum eo cuncta componens. »

Melius accipias fontes qui in terra sunt. Hos enim, inquit Molina, loco superius citato, Deus librabat, id est quasi libra et trutina per terram aptissimis spatii divisit, distribuit et dimensus est. Rursum, ut noster Salazar, librare aquas dicitur, juxta illas per siccæ canales et aqueductus dirigunt, et altitudinem metuntur, ad quam ascendere possunt; non enim altius deduci possunt, quam sit earum origo et scaturigo. Unde in Jue libratores et libellatores vocantur. Deus ergo per sapientiam a libravit fontes aquarum, » id est per secretos terræ meatus direxit et dispersit fontes, ut opportunis locis erumpant, locorum altitudi-

nem et depressionem quasi ad libellam examinaus, ut per illas aquæ secundum nativam conditionem decurrant, et in novas scaturigines decendant, ibique in fontes emanent. Hebraice est, cum roboraret fontes abissi, quia Deus initio mundum abysso, id est aquarum vastitatem, quæ totam terram operiebat, a terra deduxit et separavit (ut terra possit habitari ab hominibus et animalibus), eamque partim in maria et flumina distribuit, partim per venas in singulas terræ regiones, ita æque ac apposite quasi ad libellam libramque iustitiæ disperxit, ut nulla queri possit se aquis destitui. Unde experientia docet quocumque fere loco, si fodiatur, reperiri aquam, ut patet in puteis, qui ubivis fangis locorum effodiuntur. Sicut ergo ex hepate sanguis per venas distribuitur in totum corpus singulasque ejus partes, ad illud humectandum, calefaciendum et alendum, miro naturæ artificio et beneficio: ita pariter mirabili arte et sapientia Deus aquas abissi per venas in omnes terræ regiones librabat, id est æqualiter divisit, et quasi ad libellam distribuit, ut omnes possint producere gramina, herbas, plantas, arbores, etc., utque suis locis in fontes et flumina erumpant ad portandum homines et animalia, et ad alios quoslibet eorum usus. Quod sane magnum et mirabile est sapientiæ diviniæ opus. Insuper librat Deus fontes abissi, dum facit ut ex eam tantum aquarum effluit in flumina, in vapores et nubes, quantum aliunde ex fluminibus et pluviis influit, ut aludat ad illud *Ecles.* cap. 1, vers. 7: « Omnia flumina intrant in mare, et mare non recondit; ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur, ut iterum fluant. »

Tertio, potest et *librabat* accipi pro librare, id est ejaculari faciebat. Sicut enim milites librant, id est ejaculantur, magnaque vi intorquent tela, saxa, balistas, tormenta: sic pariter Dei nutu fontes magna copia et impetu vibrant et ejaculantur aquas.

Quarto, *librabat*, id est graves faciebat fontes, ut scilicet et montibus locisque editis in planities terræ decurrerent ad hominum et animalium usum. Sic Plinius, lib. XI, cap. x: « Apes, inquit, si coarctatur procella, apprehensum pondusculo lapilli librant se, » id est graves se faciunt, ne vi procellæ abripiantur. Et Cleero, V *Descul.*: « Unde terra, et quibus librata ponderibus, quibus cavernis maria sustineat. » Hinc pondera vocantur libramenta.

Et hoc significat Hebraeus *מָאָז* *iaazoz*, id est roboraret. Roboravit enim *libras* fontes, dum eos perennes efficit, ut magno robore continuo aquam largiter effundant et ejaculentur. Rorsum roborat et graves facit aquas, ut deorsum ad hominum usum decurrant, ne instar levis aeris et nubium, ventis et procellis hinc inde diffillantur et dispergantur (1).

(1) Hebr. est, cum firmarentur, ... valescerent. assua-

Simili modo sapientia ab aquarum copia, fluxu et ordine sese dilatat *Eclii.* xxiv, 40 : « Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquae immense de fluvio, ego quasi fluvii dioryx, et sicut aqueductus cxvii de paradiso, » etc. Vide quae ibidem annotavi.

Mystice, B. Virgo est aether, id est aer et aura celestis aequae ac fons et aqueductus gratiarum, uti ostendi *Eclii.* xxiv, 40. Unde illud viri sancti : « Quoties suspiro et respiro, toties ad te suspiro, Jesu, Maria. »

Tropologie, Olympiodorus in *Catena Gracorum*, per aethera, id est ventos et nubes, accipit Angelos, qui homines celestis doctrina perfundunt; per fontes, divinos doctores et magistros. Horum enim mater est sapientia, per quos homines erudit.

29. QUANDO CIRCUMDABAT MARI TERMINUM SUUM, ET LEGEM PONEBAT AQVIS, NE TRANSIRENT FIDES SUAS. — Hebraice, quando ponebat mari statutum suum (statum terminum), ne transiret os suum, id est, ut Pagninus, oram et litus suum. Aliter Vatablus, ne transiret, inquit, os ejus, id est jussum Dei statutis sibi litus in terminum. Sic et Syrus, mari, inquit, legem ponebat, et aquae non praetergrediantur os ejus. Alludit ad *Job xxxviii*, 10 : « Circumdedi illud terminis suis, et posui vectem et ostia, et dixi : Usque huc venies, et non procedes amplius, et hic confringes lumentes fluctus tuos. »

Termini maris sunt eminentiora terrae et moles arenarum, quae sua siccitate mare exestuans sorbent, ac sua quantitate et densitate coercent, ne transgrediantur et terram obruant. Eosdem appellat ostia, quibus quasi repagulis claudunt mare, ne egrediatur; ac *veles*, propter firmitatem et soliditatem, praesertim rupium et montium mari adiacentium, illudque continentium et reverberantium ne exundet. Hic versus deest in Septuaginta Romanis; in Complutensibus tamen sic exstat, in ponendo mari praescriptionem suam (terminum a se praescriptum), et aquae non transibunt os suum, id est litus suum.

Symbolice, Deus fluctibus maris, id est tentationibus et tribulationibus saeculi, limites ponit, cum ob Christi merita earum impetum imminuit et reprimi, ac fideles ita corroborat, ut illi resistendo sint; eumque facit ut non diu duent, ne sua longitudine tardio efficiant et dejiciant pugilem Christi, ac tandem post conflictum optatam animae tranquillitatem pacemque impertitur.

Mystice, Deus initio mundi mare circumdans suo alvo quasi alveo, suisque ?itoribus quasi terminis respexit in hoc typo ad antitypum, puta ad B. Virginem, quam facturus erat Deiparam, ita ut illa simili modo suis visceribus conciperet et concluderet Dei Verbum, quod est mare et abyss-

rent fontes oceanus celestis, ait Maurer, Rosenmuller : per quos aquae oceanus ex terra utero proruperunt et auctae sunt, *Gen.* vii, 11.

sus sapientiae, potentiae, virtutis omnisque senti et boni, juxta illud *Job xxxviii*, 8 : « Quis conclusit ostia mare, quando crumpebat quasi de vulva procedens; cum ponerem nubem vestimentum ejus, et caligine illud quasi pannis infantiae obvolverem? » Hinc nomen ei inditum *Maria*, quod hebraice primo, significat amaritudinem maris a מר *mar*, id est amaritudo, et ים *iam*, id est maris; quia ipsa mare jam dictum ambiit, puta Christum, qui omnem amaritum generis humani dulcoravit, imo in meram dulcedinem convertit. Ita S. Ambrosius, lib. *De Inlucit. Virgin.* cap. v : « Speciale, inquit, Maria Domini hoc nomen invenit, quod significat *Deus ex genere meo*. Dicta sunt et ante Mariae multae : nam et Maria soror Aaron dicta fuit; sed illa Maria amaritudo maris vocabatur. Venit ergo Dominus in amaritudinem humane fragilitatis, ut conditionis amaritudo dulcedinem Verbi celestis suavitate et gratia temperata. Hoc significavit fons Mara per lignum dulcoratus, *Exodi* xv, eo quod populus nationum amarus ante peccatis, vel caro nostra temperamento Dominice passionis in usus alteros mutaretur. Egregia igitur Maria, quae signum sacrae virginitalis extulit, et inemerat virginitalis pium Christo vexillum levavit. »

Ubi nota, S. Ambrosium censere nomen *Maria*, vel ut Hebraei dicunt, *Mariam*, per crasin dici quasi ים מרה *merechem* ta, id est *ex utero Deus*, quia scilicet ipsa ex utero concepit et genuit Deum.

Secundo, S. Epiphanius nomen *Maria* autumnal diei quasi מר ים *mor iam*, id est myrrha maris, quia scilicet ipsa myrrham maris passionum Christi assistens cruci, pectore suo sustinuit et conclusit, juxta illud *Cantic.* i, 12 : « Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. » Itaque meguum fuit mare dolorum ipsius, majus fuit mare amoris ejusdem in Deum et homines. Quocirca mare amorem in se conclusit et quasi absorpsit mare doloris.

Tertio, alii *Mariam* derivant a ירה *ira*, quod in *hiphil* הרה *hora* idem est quod ostendere, decerere, dirigere. Unde מרה *more* est doctor; hinc *Mariam* est doctrix vel illuminatrix maris, quia ipsa omnes in hoc saeculo velut mari procelloso se invocantes docet, illuminat, et ad portum salutis aeternae dirigit.

Quarto, alii *Mariam* interpretantur plurimum maris : quia ipsa gratiarum copiam et quasi mare e caelo a Deo suis precibus elicit, et in homines depluit.

Quinto, multi *Mariam* exponunt, ut idem sit quod *Dominia maris*. *Mara* enim Syriace est domina (unde *maran ata* idem est quod « Dominus noster venit, » I *Cor.* xvi, 22), *iam* est mare; quia ipsa maris, terrae totiusque mundi est princeps et domina.

Sexto, alii *Mariam* interpretantur per anagramma quasi ים ים *ram iam*, id est *celistudo maris*, vel ים ים *rana miam* id est *excelsior mari*;

quia ipsa omnes hujus saeculi aerumnas, persecutiones, tribulationes, mortes, etc., longe superat et transcendit. Quare ipsa sicut puritate est virgo, et pietate mater omnium viventium verius quam Eva, sic pariter omnium dolores et afflictiones ipsa in se concepit, concludit, absorbet, dum eos ad se suspirantes solatur, curat, sanat, exhillat, vivificat, corroborat.

QUANDO APPENDEBAT FUNDAMENTA TERRE. — Pro appendebat hebraice est וקוה *choko*, id est decernebat, delineabat, statuebat, constituerebat. Chaldeus, ponebat; Syrus, faciebat; Septuaginta, fortia faciebat; Pagninus, describebat; Cajetanus et Marinus, sculpebat; S. Hieronymus, aptabat et stabiliebat.

Noster Salazar per fundamenta accipit jam dictos maris terminos, puta litorum aggeres, quibus quasi vallibus se munit, fundat et stabilis terra contra ostus maris, ne iis obruatur. Verum de terminis maris jam egit Salomon, nec satis apte illi appendi dicuntur ut fundamenta. Quocirca Lyranus, Hugo, Baynus, Cajetanus, Jansenius et alii passim per fundamenta terre accipiunt centrum terre; hoc est enim quasi basis et fundamentum terre. Aut simplicius per fundamenta terre intelligunt ipsam terram cum suis partibus in imo fundatam, q. d. Ego sapientia aderam Deo, illicque suggererebam ideam juxta quam fundaret et locaret terram in ima parte mundi, ut ipsa esset centrum quasi sustinens totum universum. Deus enim singulis terrae partibus gravitatem indidit, qua fit ut omnes deorsum vergant ad infimum mundi locum, ibique constipata firmam terrae molem constituent : quo fit ut terra firma consistat, perinde ac si robustissimis saxorum fundamentis innixa foret. Est catachresis; terra enim proprie nulla habet fundamenta, sed in seipsa suisque partibus conglobata et fundata consistit.

Alludit ad illud *Job xxxviii*, 4 : « Ubi eras, quando ponebam fundamenta terrae? etc. Quis posuit mensuras ejus, si nosti? vel quis tendit super eam lineam? super quo bases illius solidatae sunt? aut quis demisit lapidem angularem ejus? » Magnum enim sapientiae divinae opus fuit, quod terram sine fulcro sola sua potentia sustineat, itaque firmat, ut ipsa non modo firmissima consistat, sed et totam universi molem, velut Atlas humeris suis sustineat. Unde Noster solenter vertit, quando appendebat, primo, ut significet Dei nutu terram quasi pilam pendulam herere in mundi medio, firmarique in vacuo. Centrum enim terrae natura sua non magis exigebat hunc situm et locum, in quo reipsa a Deo locatum est, quam alium quolibet; poterat enim Deus illud locare in caelo vel supra caelos : et si ibidem locatum a Deo fuisset, tam firmiter ibi consisteret, et totus mundus circa illud, quam nunc in suo loco sibi a Deo decreto consistit. Ipse ergo Deus per se centri mundique totius est centrum, qui scilicet sua vi centrum mundumque sustinet, firmat et stabilis.

Vide dicta *Genes.* i, 4. Hinc illud Poetae, lib. I *Metamorph.*, de cava ante terrae mundique creationem :

Nec circumfuso pendebat in aere tellus
Ponderibus librata suis.

Secundo, et appendebat juxta nonnullos innuit terram quasi in libra suspensam, librari et motu librationis moveri, eo quod ipsa ob montes, maria et valles hinc inde sibi inserta, aliud habeat centrum magnitudinis, aliud gravitatis : ac proinde, cum terra una sui parte nova imposita mole urbium, templorum, palatiorum, navium, exercituum, tormentorum praegravatur, illam centrum gravitatis mutare, ideoque librare et trepidare; sed quia in tanta terrae vastitate haec moles impositae exiguae sunt, hinc quoque motus librationis inde consequens exiguus et insensibilis est, eademque de causa centrum magnitudinis a centro gravitatis non multum distat, sed unum alteri vicinum est. Sed de hoc plura *Eclii.* i, 4.

Mystice, id ipsum recte adaptes B. Virginis, in qua Deus, qui est centrum magnitudinis, ideoque centrum creaturarum omnium, ut ait Trismegistus, sociavit se terrae et humanitati nostrae quasi centro gravitatis, dum ipsa deitatem Verbi incorporavit, suaque carne induit et vestivit. Mirum enim hoc fuit sapientiae opus, quae ita deitatem cum humanitate temperavit ac libravit, ut humanitati accedat dignitas deitatis, et tamen deitatis suus maneat honor et majestas. Ipsa vicissim est centrum, ad quod confluant omnes creaturarum perfectiones, omnes Angelorum et hominum praerogative ac dotes; item omnes hominum preces, orationes, tentationes, afflictiones, ut ipsa eas sustentet, sublevet, curet et sanet.

30. CUM EO ERAM CUNCTA COMPONENTES. — Hebraice ו אמן *amon*, quod primo, Aquila et Chaldaeus vertunt, eram in latere ejus nutrita; R. Salomon, apud eum nutritior, q. d. Ego sapientia quasi filia Dei alabar divinis ejus opibus et operibus, earum pulchra compositione, specie et artificio me pasceas et oblectans, ut sequitur.

Secundo, R. Levi, eram, inquit, apud Deum qui alit, amplifcat, et preparat quae ad prudentiam pertinent; et Vatablus, cum eo sum velut alumnum, velut is qui alit ista inferiora (1).

Tertio, Pagninus verit active, eram apud eum velut nutritus, q. d. Sicut proceres, proceratis liberis, solent eos nutritibus et praepceptoribus alendos formandosque tradere : ita Deus rebus a se creatis nutritioem assignavit sapientiam, ut eas gubernet, alit et quamque ad suum finem dirigat. Hinc *Sapient.* xvi, 25, sapientia Dei dicitur « nutritrix, » id est, alitrix omnium tanquam mater indulgentissima. Sicut enim principes filiis lactatrices procurant, ita Deus suae sapientiae et provi-

(1) Schultens, velut alumnum, passive, quod hoc optima quadrat ob sequentia, oblectabar, ludens. Allusum nonnulli hinc dicto *Joan.* i, 18 : « Qui est in sinu Patris. »

dentiae commisit homines et res alias, ut ab ea benigne alantur, foveantur et perficiantur.

Quarto, Tigrina vertit, *ſida illi aderam*, quasi ſida œconomia res omnes Dei fideliter disponens, ordinans, dispensans.

Quinto, Symmachus et Theodotion, *eram apud illum firmata*, ut ſcilicet perpetuo Deo adesse, ejuſque opera perpetui gubernarem et firmarem.

Sexto, alii vertunt, *aderam ſibi queſi artifex*, vel *architectus* (1). Sic enim אָדָרָא *anem* artificem ſignificat *Cant. vii. 1, q. d.* Ego ſapientia in opere creationis fui quaſi architectus Dei, qui totam univerſi molem, quaſi unam Dei fabricam et domum, architectonica arte optime et elegantiffime diſpoſui et compoſui.

Septimo, Septuaginta vertunt: *ἦσαν παρ' ἐμοῦ ἀπαύτοις*, quod Complutenses vertunt, *eram apud eum componens*; Romana, *diſponens*; Tertullianus, *modulans*; alii, *compingens*, *compaginans*, *conſocians*, *coaptans*: ἀπαύτοις enim idem eſt quod compono, adapto, conjungo, conglutino, compagino; unde tribuitur conjugiſ, de quibus ait Apoſtolus: «*Deſpondi (græcè ἑρπύζοντες) vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.*» II *Corinth. xi.* Simili enim modo ſapientia omnes res aptiſſima ἀπαύτοις, id eſt conſociatione, compoſitione, junctura, concordia et quaſi conjungo inter ſe copulavit, perinde ac ſi harmonico et muſico concentu moderata et modulata forent. Unde illud: «*Concentum* (Hebr. *nabla*) cœli quis dormire faciet?» *Job xxxviii. 37.* Quod Pythagoricis, imo S. Auguſtini, *epiſt. 28 ad S. Hieronymum*, et Leo Caſtrius in *Iſaia xl. vers. 26*, ac Georgius Venetus in ſua *Harmonia*, proprie de muſica muſicoque concentu accipiunt. Conſent enim cœlos tam appoſite coordinatos eſſe, ut ſuo motu ſuaſiſſimum efficiant ſonum et concentum. Verum certum eſt hunc concentum non eſſe muſicum, ſed myſticum, nihilque aliud ſignificare quam ordinatiſſimam cœlorum harmoniam, diſpoſitionem, motum et circulationem, que contemplantur non auribus, ſed mentibus jucundiſſimum ingerit concentum. Unde præmiſit *Job* loco citato: «*Quis enarrabit cœlorum rationem?*» puia ordinem, diſpoſitionem, circulationem. Quocirca Plato in *Timæo* aſſerit, ideo maxime nobis a natura datos eſſe oculos, ut circuitus, qui in cœlo ordinatiſſime peraguntur, ſpectantes, ad vitæ diſciplinam traducere, et erraticos animi motus cœlorum adinſtar moderaremur et componere.

Huc alludens, imo hæc citans S. Dionyſius, *De Div. Nom. cap. vii*: «*Hec* (Dei ſapientia), inquit, ut ſcripta divina tradunt, omnium eſt artifex, et ſemper omnia componit, eſtque cauſa indiſſolubilis coherentie et ordinis omnium: fineſque principiorum cum ſequentiſ principiiſ ſemper connectit, et unam univerſi conſpirationem concentumque pulcherrime efficit.»

(1) Ita Maurer.

Myſtice, hæc omnia adaptat B. Virgini. Ipa enim quaſi peculiaris et propria filia Dei, apud illum in omni ſapientia et ſanctitate enutrita fuit: ipſa viciffim in iſdem omnes homines enutrit, componit, promovet, efficitque ut tota Eccleſia, imo anima cujuſlibet idelis et ſancti, ſit ἀπαύτοις, id eſt harmonice et ordinatiſſime coaptata inſtar citharæ ſuaſiſſime modulantiſ, ut ait Baſanaſenus, orat. *De Nativit. Virg.*, adeoque inſtar cœli et mundi, qui a ſui ſpecie græcè *κόσμος*, id eſt ornatus et pulchritudo, nuncupatur. Fuit enim ipſa cœlum animatum, et mundus quidam ſupramundanus ac divinus. Multis idipſum hic ingenioſe et pie proſequitur et confirmat noſter Salazar. Ego actum non agam, et brevitati ſtudeſ ad ulterioſa pergo.

31. ET DELECTABAR PER SINGULOS DIES, LUDENS CORAM EO OMNI TEMPORE, LUDENS IN ORBE TERRARUM: ET DELICIE MEÆ ESSE CUM FILIIS HOMINUM. — Senſus eſt, q. d. Ego ſapientia cum Deo omnia molliens, creans, conſervans, propagans, gubernans, tum in ipſa rerum adeo pulcherrimam creationem, tum poſt eam, orbe perfecto, ut habeat Septuaginta, conſiderans ſcilicet jugiter omnium rerum per me conditarum perfectionem, decorem et ordinem, delectabar in hoc intuitu et contemplatione per ſingulos dies, id eſt perpetui, quia perpetui ea intuebar cum gaudio, et ſine ulla ſatie aut faſtidio, quod hominibus obvenire ſolet, etiam in rerum pulcherrimarum continuo longoque aspectu. Unde eram «*ludens coram Deo omni tempore: Ludens*, id eſt gaudens, inquit Beda et Saloniſ, qui et cauſam addit: «*Ludebat enim*, inquit, per ſingulos dies Filius, id eſt gaudebat ſe eſſe unum, id eſt, unius ſubſtantie, cum Patre a principio ex diebus æternitatis.» Alludit ad pueros quorum, mox ut natiſunt, proprium opus eſt ludere: unde *Psalm. xl. id eſt puer*, dicitur a *לָעוּל*, id eſt ludo, ut dixi *Eccle. xxx. vers. 9.*

Rurſum eram «*ludens*,» quia creationem, conſervationem, propagationem et gubernationem tam facile et jucunde peregi et perago, ac ſi luderem, et ludendo id egiſſem et agerem. Porro, inſum hunc maxime perago «*in orbem terrarum*,» ubi continue produco nova animalia, novos piſces, novæ aves, nova ſaxa, novas arbores, novos fetus tam artis quam nature. Sed tamen delicie meæ eſſe cum filiis hominum, q. d. In aliis ludo, ſed cum hominibus delicio, imo ſingulares habeo delicias, ideoque cum illis habito, præſertim in templo, ubi cum eis diſſuavior. Unde Deas templum vocat ſuas delicias, ſuaque voluptatem, juxta illud *Psalm. xxvi. 4*: «*Unam petiſi a Domino, hanc requiram, etc.*» ut viſam voluptatem Domini, et viſitem templum ejus. «*Hinc Deus Deut. xxxiii. 12*, dicitur in eo «*mora-turus tota die quaſi in thalamo*,» q. d. ſed ſeſſus ſponſalium amoris et amplexuum, q. d. Ego ſemper in templo celebrabit nuptias, et perpetua

charitate complectetur accedentes ad ſe. Ibi ergo «*delicie meæ eſſe cum filiis hominum*,» q. d. In templo quaſi in domo mea leſtiſſime ago cum filiis meis quibus ſtipatum me video, ſicut Job felicem ſe æſtimabat dicens cap. xxxi. 3: «*In circuitu meo pueri mei.*» Denique per Iſaiam, cap. lvi. 7, ſancit et promittit: «*Adducam eos in montem ſanctum myſion, et leſtificabo eos in domo orationis meæ.*»

Nota primo: Pro *delectabar* Hebraice eſt *לָעוּל* *leascum*, id eſt, et *delicia de die in diem*, quod tam active, quam paſſive accipi poteſt. Paſſive accipit Noſter vertens, *delectabar*, q. d. Ego verſabar in aſſiduſ delicioſis, adeo iſis plena, ut viderer non aliud eſſe quam mere delicia. Active, q. d. Ego eram Deo in delicioſis, ego oblectabam Deum (1). Unde Septuaginta vertunt, *ego eram cui adgaudebat ipſe*, q. d. Deus me oblectatus mihi adgaudebat; congratulabatur. aridebat et applaudebat de tam ſapienti et pulchra rerum creatione, ordinatione, gubernatione. Deus enim magis adgaudet ſuis attributis, que in ſe habet (qualis eſt ſapientia), utpote immenſis et divinis, quam ipſis creaturis. Unde Septuaginta, utramque ſignificationem jungentes, ſic totum hunc locum reddunt: «*Ego eram cui adgaudebat; quotidie autem jucundabar in facie ejus, in omni tempore cum lætaretur orbe perfecto, et lætaretur in filiis hominum.*» Interpres *Catenæ Græcor.* vertit, *ego eram cui blanda aridebat*, id eſt, inquit, «*cui abhædebat, et vel eum quo jucunde lætatur,» idque «*orbe perfecto.*» Certens enim Adamum et Evam, ſimul videbat et cognoſcebat omnes Sanctos, qui olim ex illis naſcituræ erant, videntique oblectabatur: hæc auctor *Catenæ*. S. Ignatius, *epiſt. 7 ad Tarſenſes*, intelligit de Chriſto Deo, legitique: «*Quando faciebat cœlos, una ipſi aderam, et ibi aderam illi coaptans ſingula, et congratulabatur mihi quotidie congratulabatur.*» Tertullianus, lib. *Contra Hermogenem*, cap. xvii, legit: «*Ego eram ad quem gaudebat; quotidie autem oblectabar in perſona ejus. Quando oblectabatur cum perfectiſſis orbem, et inoblectabatur in filiis hominum.*» S. Athanaſius in *Synopſi*, cap. xiv: «*Ego eram in qua lætatur, ſingulis diebus in conſpectu ejus delicioſus;» πρὸς οὐρανὸν enim et conſpectum, ſive faciem, et perſonam ſignificat. S. Cyrillus, lib. II *Contra Julianum*: «*Gaudere Deum,*» inquit, in ſuis operibus patet ex divina Scriptura: «*Ego eram cum qua lætatur, in conſpectu ejus in omni tempore.*»**

Porro Hebræum *לָעוּל* *leascum* eſt nomen geminatum, cujuſ ſimplex *לָעוּל* *leascu*, id eſt apertè blande, cum voluptate intuitus eſt: unde *leascum* ſignificat oblationes ex rei pulchre intuitu, jucunditates, delicias, ludos qui fiunt cum

applauſu et blando complexo, qualia ſunt blanda oſcula, ſuaſes complexus. Alludit ad illud *Genes i. 31*: «*Vidit Deus cuncta que fecerat, et eran valde bona, etideoque iſis quaſi bonis adgaudebat, approbabat, oblectabatur, quod proinde per ſingulos creationis dies, ad quælibet Dei opera, Genes. i, repetitur.*»

Nota ſecundo: Pro *Ludens* Hebraice eſt *מְשַׁחֵת* *mesachet*, quod Vatablus vertit *ludo ridens*; Baynus, *ridere faciens*. Sic et R. Levi: «*Sapientia, inquit, per res a ſe conditas et ſubmiſtratas lætitia voluptateque perfundit mortales. Itaque ludo hic ſapientie et Dei ſignificat primo*, ejus oblationem in rerum adeo pulcherrimam tam ſapientie creatione, conſervatione, propagatione et gubernatione; *ſecundo*, facilitatem, quod quaſi ludens et jocans ſine labe reſ creæ, conſervet, propaget, gubernet; *tertio*, rerum viciffitudinem, qualis eſt in ludo taxillorum, latroneulorum, aleærum, etc.; *quarto*, rerum ordinem, pacem, conſonantiam, et quaſi concentum muſicum. Luſit ergo, et aſſidue ludit Deus in muſica quaſi harmonia et gyratione orbium cœleſtium, atque in aptiſſima diſpoſitione, motu, progrefſione tot ſtellarum et ſiderum.

Rurſum ludit in cœlis per eclipses, per hiatus, per maculas ſolis et lune, per aſtra innumera viæ lacteæ inſtar lactis candida et ſplendentia. Ludit in æthere per fulmina, tonitrua, halones, pardios, cometas, dracones, cæteraque phenomena, ac per ventos, procellas, turbines, nives, grandines, etc. Quid enim aliud videtur eſſe tonitruum, niſi vaſtorum Dei globorum collisione et ludus? Quid parellii, niſi radiorum intermiſcantium ſpectra? quid fulgetra, quid coruſationes, niſi ignium arte factorum ludera et joci? Ludit magis in terra et aquis per monſtra marina et terreſtria, per aſtus et fluctus, qui ſeſe videntur attollere uſque ad ſidera, per terre motus, per ignes *Ætnæ*, *Vestuvii*, *Heclæ*, etc., per foſſilia et mineralia, uti ſunt aurum, argentum, æs, ſulphur, vitriolum, etc. Ludit in plantis, arboribus, herbis tot ac tantis, que tam pulchros et varios pariunt fructus et effectus. Ludit in animalibus adeo ſpecioſis et multiplicibus. Ludit in agnis, hædis, caſtellis, capreolis; ſed maxime ludit in hominibus, tam varias eis indens indoles, voces et vultus, ut nullus alteri per omnia ſit ſimilis; per dotes nature et gratiæ tam magnas et diverſas, per ſtatuta tam difformes et uniformes.

Ludit in humanis *οὐρανῶν* potentia rebus.

Ludit hunc exaltando, illum deprumendo; hunc ditando, illum depauperando; hunc occidendo, illum vivificando. «*Et enim nos quaſi pileæ ſumus in manu Dei,*» ait Comicus. Hoc eſt, quod ait Philo in lib. *Quod Deus ſit immutabilis*, ſub finem: «*Verbum divinum choreas in orbem ducit, quod vulgus hominum fortunam nominat,» quia ſcilicet quaſi ludendo facit ut res ſingula*

(1) Recte. Tum temporis meæ ille ope utebatur, meoque delectabatur opere. Eram inſtar ſuaſiſſimi puelli, qui jucundis luſibus patrem oblectat.

velut in chorea in orbem eant, ac nunquam sint stabiles, sed semper mobiles, nunquam sursum quasi exiliant, mox deorsum resiliant, iuxta illud *Daniel. ii, 21* : « Ipse mutat tempora et etates, transfert regna atque constituit. » Unde S. Cyprianus, tract. *De Vanit. Idolorum* : « Regna, ait, non merito accidunt, sed sorte variantur, et acceptum tempus certo fine custodiunt. »

Nota tertio : Ludit Deus in cæteris creaturis, sed ejus deliciae singulares sunt cum filiis hominum. Primo, quia peculiarem omnium et singulorum curam gerit, utpote propter quos cætera omnia creantur. Homines enim amat tanquam vivas sui imagines, ad sum exemplar creatas et expressas. Secundo, quia sapientia solos homines cupit informare, ac docere sapientem ethicam, qua ratione videlicet honeste et sancte Deo servire debeant, ut ab eo beentur. Tertio et maxime, quia Verbum sive Filius, qui est sapientia Patris, hominum amore homo fieri voluit, ut eos salvaret, ac veram sapientiam verbo et exemplo doceret. Quarto, « quia Christus summe desiderat, ait Beda, in animis nostris quiescere, in iisque quasi in templo et sacario suo habitare, » ut in his suas virtutes, merito operaque bona inserat et producat, quibus nos ad se videndum fruendumque perducatur. Ideo dedit seipsum nobis quasi cibum vitalem in Eucharistia, in qua vere deliciamur cum Christo, et Christus nobiscum. Unde pro deliciae hebraice est *ששון* *scasacium*, id est applusus, amplexus, oscula, basia, ut paulo ante dixi.

Lege vitam S. Gertrudis, et miraberis delicias Christi cum ea. Inter alia lib. III, cap. v, cum quadam vice illa diceret : « Domine, offero me tibi, ac parata sum pati quidvis, quo te lauderis; » audit ab eo : « Meus amor adeo intrinsece tibi jungitur, ut nolim sine te beate vivere; quia ex quo in te meum amorem collocaui, sustinere nequeo ut a te separer. » Et cap. xxvi : « Ego, ait, Deus, qui sum purus et merus amor, cum te mihi elegerim, ita desidero ut uniaris mihi indissolubili unione, sicut homo desiderat retinere halitum spiritum suum, sine quo nequit vivere. » Lege Lud caput, ubi narrat se unitam cordi Christi, ab eo suxisse omnem consolationem, gratiam et benedictionem. Et lib. IV, cap. iii, nocte Nativitatis Christi audit ab eo : « Collocavi te in sinu paternæ meæ benignitatis, ut jugiter impetres a me quidquid desiderat anima tua. » Vidit tum pariter Christum infantem, unigenitum Patris, mira aviditate sugere et rapi e cor Virginis matris : quo viso intellexit quod, sicut humanitas Christi pasebatur lacte Virginis, sic divinitas ejusdem mire deliciaebatur frui corde illo innocentissimo et dilectissimo. Et lib. I, cap. iv, ait Christus : « Ego totus sum, illius (Gertrudis), quia toto affectu inter brachia ejus velut in carcere me inclui, ac tali amore divinitatis meæ illi sum inseparabiliter unitus, quali in eodem metallo constituta vi ignis uniuertur aurum et argentum. » Et

inferius : « Ista est columba mea fellis expert; ista est lilium electum quo mire delector, illudque manibus gesto; ista est rosa mea, quam feci suavissimam. » Et post nonnulla : « Cum sceleritibus hominum offendor, offensas irasque meas in ipsa conquiescens remitto, placor, et amore ipsius condono peccata innumera hominum multitudini. » Et lib. IV, cap. iv, narrat Christum delicias amaris sui erga S. Gertrudem ostendisse sanctis Angelis, eosque illis mire exhilaratos, vicissim sua Gertrudi obsequia detulisse. Similia legas in Vita S. Lutgardis apud Surium, 16 junii, quam scripsit Thomas Cantiprat. Doctor illustris Ordinis S. Dominici, ubi inter cætera ait : « Quadam die audiente alia moniali ejusmodi vox super illam insonuit : Deliciae meæ esse cum filiis hominum; » quam vocem rei eventus comprobavit.

Mystice, Sapientia incarnata luit ab eterno apud Patrem, cum sua specie oblectans, juxta illud *Psalm. cix* : « Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum; ex utero ante luciferum genui te; » Hebraice, *ex utero ab auroa tibi ros adolescentia tua; Aquila, pueritia tua.* Filius enim ex vi æternæ productionis suæ appellatur adolescens, imo puer in ipso primævo ætatis rore et flore coram Patre ludens. Idem ante incarnationem ab origine mundi luit in orbiterarum : quia per creationem hominis et mundi, per tot sui figuras, oracula, cœremonia, sacrificia, etc., prælusi sui incarnationi, eamque quasi in todo quodam mystico representavit. Deliciae vero ejus fuere cum filiis hominum, quando humanam naturam induit, hominumque frater et filius effici voluit. Hæc est philanthropia Dei nostri, de qua Paulus ad *Timum iii, vers. 4*; itaque in Christo amoris magnitudo omne naturæ et miseriæ humane fel in mel, omnes dolores et cruces in delicias convertit. Hec ergo sententia verissima est in Sapientia incarnata, quæ, ut ex immensa dilectione se communicaret hominibus, cum iis que deliciaeretur, eorum erumnas omnes, excepto peccato, in se suscepit, ut iis sua bona rependeret. Quocirca amor hic et delicia Christi erga nos effecerunt, ut pariter ipsi in deliciis foret nostra fames, sitis, labor, dolor, mors et cruces universæ. Nam, ut ait S. Bernardus, hom. 2 super *Missus est* : « Videas si attendas (in Christo) tritari lætitiæ, pavere fiduciam, saltem pati, vitam mori, fortitudine infirmari. Sed, quod non minus mirandum est, ipsa ibi cernitur tristitia lætificans, pavor confortans, passio salvans, mori vivificans, infirmitas roborans. » Nostræ ergo miserie fuere deliciae Christi, ut ejus felicitates fierent deliciae nostræ. Clarus S. Petrus Chrysologus, *serm. 130* : « Christus, ait, venit suscipere infirmitates nostras, et suas nobis conferre virtutes; humana querere, prestare divina; accipere injurias, reddere dignitates; ferre tædia, referre suavitates : quia medicus, qui non fert infirmitates, curare nescit, et qui non fuerit cum infirmo

infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. » Unde jure obstupescens hunc Christi amorem exclamat S. Bernardus, *serm. 64 in Cant.* : « O suavitatem, o gratiam, o amoris vim! summum amorem unus factus est omnium. Quis hoc fecit? amor dignitatis nescius, dignatione dives, affectu potens, suasu efficax. Quid violentius? triumphat de Deo amor, » ut et de nobis triumphet, cogatque nos par pari reddere, ut nos totos dedamus amoris Christi, sicut ipse se totum dedit amoris nostri.

Quare Christi delicia potius fuere cum hominibus, quam cum Angelis : tum quia hominum, non Angelorum naturam assumpsit; tum quia homines, quibus ob naturæ corruptionem ardua et difficilis est virtus, suis consolationibus roborat, mulcet et detinet, ut virtus eis facilis et suavis videatur. Ita effecit ut in deliciis esset S. Petrus crux, S. Laurentio craticula, S. Sebastiano sagitta, S. Vincentio equuleus, S. Agneli rogos, S. Franciscus sacra stigmata, etc. Porro cum Sanctis nonnullis eximii, ut cum S. Paulo, cum S. Antonio, cum S. Catharina Senensi, cæterisque Virginitibus et Martyribus quantæ fuere Christi deliciae! Denique deliciae hæc tante fuerunt in Christo, ut ipsum nectare amoris ebrium effecerint. Annon amore ebrius fuit Christus, quando propter homines e caelo in uterum Virginis descendit, ex utero ad præsepium, e præsepio ad crucem? Annon quasi ebrius cursitabat per villas et castella, per urbes et pagos, predicans regnum Dei, patiens famem et sitim, æstus et frigora, probra et maledicta, irrisiones et blasphemias amore hominum? Annon in cruce, non tam dolore quam amore ebrius, infamis, irrisus, nudus et quasi scurra, imo latro, pendit, et animam exhalavit? Quocirca Christus vicissim propinans Christianis eximii hoc amoris sui nectare, eos pariter ebrios, imo amentes effecit. Amor enim eximius, teste S. Dionysio, parit exultationem et amantiam. Annon amore Christi non tam amans quam amens erat Paulus, cum diceret : « Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus. » Et : « Sive mente excedimus (alii verunt, *sive insuperamus*), Deo; sive sobrii sumus, vobis? » *II Corinth. v, 13*. Et : « Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem nihil mundus crucifixus est, et ego mundo, » *Gal. vi, 14*. « Spectaculum facti sumus mundo et Angelis et hominibus, nos stulti propter Christum, » *I Cor. iv, 9*. Annon amore ebria, imo quasi eximii erat sponsa, quando a sponso ducta in celum vinarium suspirans dicebat : « Fulcite me floribus, stipare me malis, quia amore langueo? » Annon amore ebria erat S. Monica, quando sumpta S. Synaxi exclamabat : « Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum virum : volumus in celum? » Annon amore ebrius, imo amens erat

S. Franciscus, quando se fecit mundi ludibrium, dicens se esse « fatuulum Christi? » Exstat ejus amoris Canticum Italice scriptum, sed latine redditum apud Lucae Waddingum in *Opus. S. Francisci*, lib. III, in quo inter cætera ita cum Christo dissuaviatur et deliciatur :

Urit amor, me torquet amor, sum factus amor
Alter amor : nostri est victor amoris amor.
Hinc mihi non unum, non flamma, nec auferet ensis.

Et inferius alloquens Christum, ait eum sibi feratum esse cor et mentem per amorem, imo se esse *impazzito*, id est delirum et stultum effectum a Christo :

Cor mihi furatus, cogis habere modum?
In te mutato quid superesse potest?
Quid mens, quid I. Et non potis ipse eni?
Si te, Christo, referi mens mea, facta tua,
Culpa tua est, quidquid victus amore gero.
Desipio? in te sum rationis cogens.
Mentis imper? amor est, qui facit esse inopem.

Et post nonnulla :

Tu vulneratus ipse
Amoris es sagittis.
Te devocavit æthere,
Terris que collocauit
Nudumque pauperemque.
Ardes amore vivens,
Et occidens amorem.
Hæc amore victus
Ceu ebrius per orbem.

Et nonnullis interjectis :

Ergo si fecit ebrium,
Si mentis feci impetem,
Si virus amor eripit,
Amor te quoque perdidit,
Qui me desipere impellit,
Hic mentem eripuit tibi.

Summa : « Da, Domine, ut amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es mori. » Mystice quoque hæc attribuas Virgini Deiparæ : sapientia enim Dei simul modo luit et prælucet in figuris, quibus adumbrata fuit B. Virgo, in *Eva*, in arca Noe, in arca testamenti, in rubo ardente et incombusto, in virga Aaron frondente, etc. Rursum Deiparæ deliciae sunt esse cum Deo, utpote Filio suo, et cum filiis hominum, quibus Filium hunc genuit; unde *Cantic. viii*, dicitur : « Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delictis affluens, innixa super dilectum suum? » In qua verba B. Petrus Damianus, *serm. De Amant.* : « Non est locus voluptatis, ait, nisi uterus Virginis. » Hinc ipsa a nobis et a tota Ecclesia quotidie salutatur et invocatur : « Salve, regina, mater misericordie, vita, dulcedo et spes nostra, salve. »

QUARTA PARS CAPITIS,

QUI CONCURRE, QUAE SAPIENTIA POST RECENSITAS
QUI BOTES ET FRUCTUS, STIMULAT OMNES AD SUI
STUDIUM ET OBSEQUIUM.

32 et 33. NUNC ERGO, FILII, AUDITE ME (michi obedite): BEATI, QUI CUSTODIUNT VIAS MEAS. AUDITE DISCIPLINAM, ET ESCOTE SAPIENTES, ET NOLITE ABHONERE EAM. — Pro *abhorere* hebraice est *לרעו* *li-rehu*, quod Septuaginta vertunt, *κα ἀποστρέφω*, id est ne obstruamini, vel ne obturemini; Chaldaeus, *ne concutatis eam*; Syrus, *ne erretis*; Vatablus, *ne scelis ignari*; Pagninus, *ne postponatis eam*; alii, *ne feriamini*, id est nolite ferias et otium agere, sed studete et laborate, ac labore et sudore parate vobis sapientiam, partamque conservate, augete et promoveite. Quare *ne feriamini* non significat, ne percutiamini, ne penas detis, a verbo *ferio* et *ferre*, sed a *ferior*, *ferari*, idem est quod, *ne obtineam*, ne pigri et remissi sitis, ut ob laboris diutini tedium sapientiae studium abijciatis. Hoc enim significat Hebraicum *para*, et Septuaginta vertentes, *ne obstruamini*, q. d. Ne pigritiae et accediae torpore ac sopore aures animumque obstruatis, ut nullam detis auditum audiendae et percipiendae sapientiae. Sic enim indociles et incapaces omnis disciplinae in vestra insipientia, et concupiscentiis, ac vitis indormietis et immorietis. Notat juvenes effrenes, qui suis cupidinibus adiecti obturant aures, ne audiant monita et correptiones parentum, magistrorum, concionatorum, ut suis voluptatibus libere et impune fruantur.

34. BEATUS HOMO QUI AUDIT ME, ET QUI VIGILAT AD FORAS MEAS QUOTIDIE, ET OBSERVAT AD POSTES OSTII MEI. — Hebraice, *custodit postes ostiorum meorum*; Septuaginta, *servans limina meorum introituum*. Est metalepsis, vel metaphora petita a discipulis diligentibus, ac summo mane advolantibus ad scholas magistri, qui ibi pervigiles praestolantur, dum ostia reserantur, ut in scholas ingrediantur, q. d. Beatus est, qui instar discipuli diligentis festinat ad scholas meas, id est, ad me. Ita R. Salomon: «Beatus, ait, qui vigilat ad fores meas, ut primus scholas synagogamque ingrediat, et exeat postremus.» Vigilat ergo, id est, ardentur me amat, ideoque ad fores meas pervigilat. Nam, ut habet gnome Arabum: «Amans dormire nequit; amor enim amanti somnum interdicat.»

Alii per fores domus accipiunt ostia Ecclesiae. Beata accipit S. Scripturam et Doctores. Hi enim sunt quasi janitores sapientiae, qui ejus scholam et disciplinam auditoribus reserant. Salomon succidit Siraides, *Eccii. vi. 36*: «Si videris sensatum, sit, evigila ad eum, et gradus ostiorum illius exerat pes tuus.»

35. QUI ME INVENIERIT, INVENIET VITAM (sua nam

tura, tum gratiae, tum gloriae, unde hebraice est *חַיִּים* *chaim*, id est, *vita* in plurali), ET HAURIT SALUTEM A DOMINO. — Pro *salutem* hebraice est *רַחֲמֵי* *rahsim*, id est voluntas, beneplacitum, benevolentiam. Unde Chaldaeus vertit, *habebit beneplacitum a facie Dei*; Aben-Ezra, *benevolentiam conditoris sui sibi comparabit*; Pagninus, *elucet quod voluerit, a Domino*; Cajetanus, *quidquid voluerit, a Deo facile obtinebit*; Tigurinus, *praestiet favorem Domino*; Vatablus, *hauriet voluntatem a Domino*, id est, *assequetur quidquid volet, a Domino*, puta salutem animae et corporis rerumque omnium. Unde Symmachus, Aquila, Theodotus vertunt, *salutem*, *ergo* ac *Noster*: *salus enim omne bonum optabile complectitur. Tu hauriet* significat tum facilitatem, tum copiam, q. d. Tam facile et copiose hauriet vitam et omne bonum ad vitam spectans, a Deo, quam facile et copiose hauritur aqua a fonte vel fluvio.

Porro Septuaginta vertunt, *egressiones meas egresiones vite, et preparatur voluntas a Domino*. Legentur ipsi pro *רַחֲמֵי* *rahsim*, id est educti, alii puncti in *hophal*, *רַחֲמֵי* *rahsim*, id est eductur, excitatur, preparatur. Et Syrus, *quoniam processiones mea vite sunt processiones, et procedit complacitum a Deo*. Quod primo, sic accipi potest, ut voluntas sit idem quod beneplacitum, favor, benevolentia, et, ut Syrus vertit, *complacitum Dei*: hoc enim passim in Scriptura significat hebraicum *rahsim*, pro quo Septuaginta alibi vertunt, *adhaerere*. Et sic sensus erit, quem alii jam recensiti assignarunt, q. d. Qui me invenerint, invenient vitam, ac simul preparabitur eis favor ac benevolentia Dei, ex qua hauriant omne bonum. Unde aliqui vertunt, *depromet benevolentiam a Deo*, q. d. Deus erit ei velut penu et promptuarium divites, ex quo depromat quidquid ei placeat.

Secundo, voluntas, *rahsim*, non Dei, sed hominis hic accipi potest, q. d. Sapientie studiosi ab ea hauriunt vitam, et omnia bona recensita: ne vero ea sibi, suoque studio arrogat, indeque superbiunt, sciunt, voluntatem hanc suam studentis sapientiae et vacandi virtuti, originem habere non a seipsa, sed a Deo. Deus enim sua gratia preveniente preparat, allicit, impellit voluntatem nostram ad vacandum sapientiae et virtuti. Unde R. Emmanuel sic vertit et explicat: «Educat voluntatem a Domino, id est, illuminante cognoscit quid ei gratum sit et beneplacitum.»

Sic hunc locum accipit S. Augustinus scribens contra Pelagianos, ex eoque probat initium salutis et bonae voluntatis esse a gratia preveniente, non a libero arbitrio. Ita ipse, *epist. 107*, et *pas-*

sum alibi, ac ex eo Concilium Arausicum II, can. 4, S. Prosper et Fulgentius. Et sic quoque accipi potest versio nostra: «Hauriet salutem a Domino,» q. d. Hauriet a Domino gratiam bene operandi; in quo salus nostra consistit. Porro *preparatur* universim, puta de omni preparatione utili ad salutem, explicat Concilium Arausicum, can. 4, et S. Augustinus, *Enchir. xxxii*, et optime lib. VI *De Gratia et Lib. arbitrii*, cap. xvi et xvii. Unde sicut ex diversa preparatione tum seminis, tum terrae semen recipientis, varii et dispares generantur fructus: sic ex diversa preparatione, tum gratiae, tum voluntatis, varii et dispares proveniunt virtutum vocat, uti pulchre docet S. Prosper, lib. II *De Vocat. Gentium*, cap. iii.

Hinc sententiae objiciebant Pelagiani illud *Zachar. i*: «Convertimini ad me, et ego convertar ad vos;» et illud *Proverb. xvi*: «Hominis est animam preparare, et Domini gubernare linguam.» Respondet S. Augustinus, lib. II *ad Bonifacium*, cap. viii, et lib. *De Gratia et Libero arbitrii*, cap. v, commendari in his sententiis liberum arbitrium, sed non excludi gratiam prevenientem, quemadmodum in illis: «Convertite nos, Deus salutaris noster;» et «Preparatur voluntas a Domino,» commendatur gratia preveniens, sed non excluditur arbitrii cooperatio. Si enim solus Deus ista faceret, frustra diceretur hominibus: «Convertimini;» et si homines solum ad hoc sufficerent, frustra diceretur Deo: «Convertite nos;» et si Deus sine nobis nos prepararet, falsum esset hominem preparare animam; et si absque Deo nos corda nostra prepararemus, falsum esset preparari voluntatem a Domino. Unde concludit S. Augustinus, cap. viii, jam citato: «Quapropter multa Deus facit in homine bona, quae non facit homo; nulla vero facit homo, quae non facit Deus ut faciat homo.» Primi enim impulsus voluntatis ad bonum amandum, et illuminationes intellectus ad bonum cognoscendum, sunt a solo Deo: sunt enim actus a Deo eliciti, ideoque necessarii, non liberi: voluntas enim impellitur et necessitatur (ut ita dicam) a Deo ut vitaliter eos eliciat, ideoque necessario, non libere; consensus vero et cooperatio libera voluntatis partim est ab arbitrio hominis, partim a gratia Dei, quae prius erat preveniens et operans, jam est comitans et cooperans.

Mystice, *quae querit* et invocat opem B. Virginis, illam *invenit* et assequitur, atque ex S. Maria quasi ex mari haurit copiam bonorum omnium: si eam ergo corde invocet, ore hauries, juxta illud *Psalm. cxviii*: «Os meum aperui, et atraxi spiritum.» Exemplum tibi sit S. Elisabeth, quae salutans B. Virginem se visitantem, ac ab ea resalutata, illico cum prole S. Joanne Baptista repleta est Spiritu Sancto: «Ut facta est, ait, vox salutationis tuae in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo,» *Luc. i. 44*. Quae verba *excedens* *Guerrius*, *serm. De Joanne Baptista*:

«Vox, ait, Mariae dum in auribus Elisabeth sonat, ad eor Joannis penetrat, spiritum ejus animat, gaudioque salutaris vegetat.» Iam, ut ait Concilium Basileense instituens festum Visitationis Delpurae: «Ipsa non solum supplicantes exaudiat, sed, sicut ex sua clementia consuevit, etiam supplicare volentium preces prevenit.» Causam dicit S. Anselmus, lib. *De Excellentiis Virginis*: «Vociferor est, ait, nonnunquam salus memorato nomine ejus, quam invocato nomine *leca* unici filii sui. Et id quidem non ideo fit, quod ipsa major, et potentior eo sit (neque enim ille magnus est et potens per eam, sed illa per ipsum). Micam quod sentio: Filius ejus Dominus est, et iudex omnium, discernens merita singulorum: dum igitur ipse a quovis suo nomine invocatus non exaudit, iuste quidem facit; invocato autem nomine matris, etsi, merita tamen matris intercedunt ut exaudiat, tur,» Salomonem sequitur Siraides *Eccii. xlvii. 26*: «Transite ad me omnes qui

et a generationibus meis implentini; spiritus enim meus super me dulcis, etc. Qui edunt me, adhuc morientur: et qui bibunt me, adhuc sitient.» Vide ibi dicta.

36. QUI AUTEM IN ME PECCAVERIT, LEDET ANIMAM SUAM. OMNES QUI ME ODERUNT, DILIGUNT MORTEM, — non formaliter, sed materialiter: quia scilicet odertunt virtutem, et amant cupiditates ac vitia, quae ducunt ad mortem praesentem et aeternam. Pro *laed* hebraice est *לרעו* *li-rehu*, id est iniurius est animae suae, illi violentus, tyrannus et raptor est, quia eam eripit sapientiae, sibi ac Deo, traditque peccato, diabolo et gehennae. Unde sibi ipsi est tortor et carnis ex; spoliatur se eum gratia, pace, gloria omnique bono; et ultra accersit sibi peccati feditatem, angores conscientiae, iram Dei, penam aeternam, omneque malum, idque in aeternum. Unde Chaldaeus vertit, *disperdet animam suam*; Septuaginta, *impie agunt in suis ipsorum animis*; Aquila et Symmachus: *adhaerent sibi ipsi*, id est iniuriam allicit, offendit, inique opprimunt animam suam; Pagninus, *spoliatur animam suam*; Cajetanus, *conspicit animam suam*, quia cum vi a bono distorquet ad malum, a caelo in infernum, a Deo ad diabolum. Salomoni succidit Tobias cap. xii, 40: «Qui faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animae suae.» Porro *in me peccaverit* idem est quod *me spreverit*, *autem* noluerit, dereliquerit, et, ut Aben-Ezra, *peccaverit*, id est, in me contumax fuerit, vel a me aversus: quia animam ad cupiditates, quas ego veto, applicat et convertit; *non enim peccaverit* opponit *non qui audit me, et qui vigilat ad fores meas*, vers. 34. Sensus est, q. d. Terque quaterque beati illi qui me audiunt, mihi quae obediunt; terque quaterque miseri, qui me audire, mihi quae obedire nolunt, vel per ignaviam, vel per concupiscentiam, vel per malitiam.

Mystice, sicut signum praedestinationis est cul-

ins et devotio erga Deiparam: ita signum reprobationis, et causa damnationis est irreverentia et inobedientia erga eandem, ut patet in Nestorio, Helvidio, Constantino Copronymo, Juliano Apostata. Qu' enim Deiparam colit, Christum Deum ejus Filium colit, qui in illam peccat, in Christum peccat. Quocirca sicut Christus in Ecclesia, quasi in familia sua, est tanquam paterfamilias: sic in eadem B. Virgo est quasi materfamilias, ex dono et voluntate Christi. Ecclesiam accipio tam triumphantem, quam militantem. Quocirca Germanus Constantinopolit. Patriarcha, orat. *De Deipara*: « Sicut, ait, continua respiratio non solum est signum vite, sed etiam causa: sic sanctissimum

Marie nomen, quod in Dei servorum ore assidue versatur, simul argumentum est, quod vera vita vivat, simul hanc ipsam vitam efficit et conservat, omnemque eis lætitiā et opem ad omnia impertitur. » Unde addit: « Nemo salvatur, nisi per te, o Virgo sanctissima. » Et S. Bonaventura in *Psalterio Virginis*: « Quem vis, ait, salvus erit; et a quo avertis faciem tuam, ibit in interitum. » Et rursus: « Qui digne colerit illam, justificabitur; et qui neglexerit illam, morietur in peccatis suis. » Quocirca exclamat Damascenus, orat. *De Nativit. Virg.*: « Donum omnium donorum præstantissimum est Maria Virgo, quæ sola Creatore digna erat, vivum cælum, cælis ipsis latius. »

CAPUT NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Parabolice describitur domus et convivium sapientie, ad quod ipsa simplices invitat. Nam derisores asserit esse incapaces correctionis et sapientie. Deinde sapientia, vers. 13, inducit, depingitque sui amorem multiter stultam; quæ recordis seducit, imo secum ad tartara ducit.

1. Sapientia ædificavit sibi domum, excidit columnas septem. 2. Immolavit victim suas, miscuit vinum, et proposuit mensam suam. 3. Misit ancillas suas ut vocarent arcem, et ad menia civitatis: 4. Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: 5. Venite, comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis. 6. R. Inquite infantiam, et vivite, et ambulate per vias prudentiæ. 7. Qui erudit derisorem, ipse injuriam sibi facit: et qui arguit impium, sibi maculam generat. 8. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, et diliget te. 9. Da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. Doce justum, et festinabit accipere. 10. Principium sapientiæ, timor Domini: et scientia sanctorum, prudentia. 11. Per me enim multiplicabuntur dies tui, et addentur tibi anni vitæ. 12. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. 13. Mulier stulta et clamosa, plenaque illecebris, et nihil omnino sciens, 14. sedit in foribus domus suæ super sellam in excelso urbis loco, 15. ut vocaret transeuntes per viam, et pergentes itinere suo: 16. Qui est parvulus, declinet ad me. Et recordi locuta est: 17. Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior. 18. Et ignoravit quod ibi sint gigantes, et in profundis inferni convivæ ejus.

PRIMA PARS CAPITIS.

4. SAPIENTIA ÆDIFICAVIT SIBI DOMUM, EXCIDIT COLUMNAS SEPTEM. — Pro sapientia hebraice est חכמה *chachmah*, id est sapientia in plurali: ut significatur sapientie dignitas, majestas et amplitudo, quod scilicet ipsa in se una sit instar multorum, pluraque comprehendat, adeoque ipsa sit omnium sapientiarum, consiliorum, intelligentiarum, prudentiarum, etc., complexio et mater. Pro excidit, Septuaginta vertunt, *subdidit*; Syrus, *erexit*; S. Ambrosius, lib. 1 *De Fide*, cap. vii, *sustulit*; S. Athanasius, in *Disput. contra Arium, stabilivit*; Chaldaeus, *statuit in ea columnas*; Arabicus, *fecit*

eam imiti septem columnis. Hæ ergo columnæ sunt fulera et bases, quibus sapientia domum superædificat, perinde ac Roma basilicæ S. Petri, S. Pauli, S. Laurentii, S. Joannis Lateranensis, B. Virginis Majoris, S. Cæcilie, etc., columnæ e marmore excisis, iisque plurimis et magnificis insistentes et inædificatas videmus. Excidit ergo, id est e rupe succidit, dolavit, polivit, erexit, stabilivit quasi bases domus sapientiæ. Ita Galatinus, lib. III *De Acanis fidei*, cap. iii, et Aben-Ezra. Et catachresis et metalepsis. Quæres, quomodo hæc domus et fabrica

Domus et convivium sapientie? Nota hic esse quasi continuam allegoriam vel parabolam, ideoque Salomonem hic loqui parabolice et enigmatica, uti et sæpius alibi in hisce Proverbiis. Hæc enim ipse contextit ex gravibus, insignibus, elegantibus, obscuris, acutis, et præsertim parabolicis gnomis: unde omne genus sententiarum huic libro inseruit et immiscuit. Igitur quia cap. vii, 14, proposuit illecebras et ædium convivii a meretrice apparat, ad quod ipsa juvenem invitat, ut eum perdat et pervertat, idecirco hoc loco et componit, opponit et anteponebat domum convivii a sapientia exstructam, veris deliciis instructam, ad quam juvenem invitat, ut eum a meretrice avellat, et ad sui studium animæque salutem deducat. Hic igitur proponit et exponit ei suas delicias, de quibus dixit cap. præcedenti, vers. 31: « Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. »

Grammaticæ ergo et in cortice literæ, domus hic convivii a sapientia instructi, sive tridicinium, accipitur, in quo ipsa sua, sapientiæ scilicet, formula, dogmata monitaque salutis proponit. Alludit ad primas sapientum cœnas, in quibus sapientes quasi symbola sapientiæ conferebant, ac promebant sententiæ acutas, graves, obscuras, parabolas, enigmata, etc., ut patet ex Athenæo, *De Cœnis sapientum*; Platone, Macrobio, Plutarcho, imo ex Siracide, *Eccli. xxxii, 4*, ut ibidem docui. Huc facit quod de economica, sive de sapientiæ domus constitutione censere septem Græcæ Sapientiæ apud Plutarchum in eorumdem *Convivio*. Primus enim Solon: « Ea, inquit, mihi optima videtur domus, ubi res est neque injuste parta, neque in ea vel conservanda diffidentia, vel in sumenda penitentia est locus. Bias: in qua dominus sua sponte talem se gerit, qualem foris propter leges. Thales: in qua plurimum otii domino conceditur. Cleobulus: in qua plures sunt qui diligant, quam qui metuant dominum. Pittacus: ubi neque requirantur supervacua, neque desiderantur necessaria. Chilon: maxime oportet domum urbi, que sub rege est, similem esse; adjecitque Lyceurgum eundam qui populare imperium Spartæ instituit ipsam juberet, respondisse: Prius tu hoc domui tue facito. »

Parabolice vero sub hoc cortice grammatico per domum intelligit templum, templique Synagogam. Hæc enim ædificavit Salomon sapientiæ preses et princeps quasi domum sapientiæ, id est Dei, III Reg. vi, 1, et cap. vii, 1; et hoc suffulciebatur et ornabatur septem, id est multis, columnis. In eo quoque erat mensa, id est altare, in quo victimæ Duo mactabantur, cum libamine, id est mixtionem et effusione vini, item mensa panum propositionis. Atque in eo docebatur sapientia, id est vera fides, lex, virtus, prudentia, religio et cultus Dei, a sacerdotibus, Scribis et Pharisæis. Porro per templum accipe Synagogam et Ecclesiam, quam congregabatur in templo ad audiendos cultores et doctores sapientiæ: tam enim

Synagoga quam templum erant typus, ac typice representabant Ecclesiam, quam sapientissimus Salomon, puta Christus, construxit et inhabitat, ibique velut in schola docerent per suos magistros, sacerdotes et doctores Christianam sapientiam et virtutem, de quo mox plura. Sapientia ergo Dei, sive Deus per sapientiam, ædificavit templum et Synagogam, id est domum suam, in qua colebatur, ac per suos sacerdotes et doctores doceret Judæos et proselytos sapientiam, id est veram Dei cognitionem, amorem, cultum, omnemque honestatem et virtutem. Ita per domum et mensam hanc templum Salomonicum accipitur Hebræi, et noster Hieronymus Prado in *Ezech. cap. vi, num. 7*, ejusque assecla Vilalpando in *Ezech. xl, tom. II, part. 2, lib. III, cap. xx*. Ubi docet præter plurimas columnas, quibus fulciebatur templum, præcise septem fuisse columnas per titium templi, id est atrii. Atrium enim erit templum templi: nec enim populus, sed soli sacerdotes ingredi poterant Sanctum, et solus portiflex Sanctum sanctorum. Pro singulis ergo atrii portibus docet septenas fuisse columnas hinc et inde, hoc est, universim quatuordecim, iisque representatas fuisse tres tesseradecades genealogie Christi. *Math. i, 17*. Sed audi Vilalpandum: « Bini sunt in portibus singulis columnarum ordines: ordo septenis constat columnis: tres hujusmodi portificus domum Dei, Sanctumque sanctorum complectuntur medium. Quid, si huc forte respexit S. Mattheus, cap. i, 17, universam Christi genealogiam in tres partitus tesseradecades, quot columnis extrinsecus Dei domus cingebatur? Tres enim erant porticus, et quæque habebat tesseradecadem columnarum, puta septenas columnas in uno ordine, et septenas in altero illi opposito: tres ergo erant columnarum, æque ac genealogiarum Christi tesseradecades. Simili modo Siracides, post elogium sapientiæ, ait eam domum fuisse in Sion et Synagoga Hebræorum. » Et sic, ait, in Sion firmata sum, et in civitate sanctificata similiter requievi, et in Jerusalem potestas mea, *Ezech. cap. xxv, 15*.

Rursus noster Pineda, lib. III *De Rebus Salomonis*, cap. xxviii, et Joannes de Carthæna, lib. X, hom. *De B. Virgine inveniente Jesum in templo*, per domum accipiunt academiam. Sapientia ergo ædificavit sibi domum, hoc est, iniqua Salomon sapientissimus sapientiæ nomine in monte Sion juxta regiam et juxta templum, imo in atrio templi, ædificavit academiam, in qua doctores docerent sapientiam. Unde et Romæ academia et gymnasium, in quo docerunt omnes facultates, vocatur *Sapientia*. « Excidit columnas septem, » id est, septem artium liberalium suggesta, sive altas cathedras et marmore elaboratas, et quibus doctores docerent. Unde hebraice vocantur *עמודים אמודים*, a rad. עמד, id est stetit, quod status, stationes, in quibus scilicet stabant doctores.